



1717.

18. Janus, Fr. Guilielm: De duellorum origine et progressu.
19. Janus, Jo. Guilielm: De dominata pontificio in reges.
et principes post reformationem Divinam
20. Krauring, Henricus: De incalidis planetarum.
21. Krauring, Jo. Godfr: De eo, quod justum est circa
fatalia procerus.
22. Laesser, Kerp: De formularum fidei necessitate
23. Loescher, Maurit. Goth.: Observationes physicas selectiores
... proponet.
24. Menckel, Gottfr. Ludovic, Ordinis juris Novi Decanus:
Lectori benevolæ s. d. (ad Disputationem solemnem
Christiani Ludovici Schellingii invitæ,
25. Menckel, Gottfr. Ludov, Ordinis juridici . . . Decanus:
(s. b. s. d. (ad Disputationem Caspari Henrici Neumannii invitæ)
26. Menckel, Gottfr. Ludov: De illicita fidei alienabilis

alienatione.

27. Menckler, Gottf. Lud.: De transactione et falsa
causa.
- 28^a = Menckler, Gottf. Lud.: De iure conveniendi subditi
in proprio iudicio. 2 Bunde.
29. Menckler, Gottf. Lud.: De contumacia litescantis
circa prosecutionem litescantis
30. Rivinius, Gero. Gustid., de: De sponsionibus. iure
naturali et civili illicitis
31. Struvgius, Fredericus: De pactarum sigillatimque
Homeri auctoritate apud iuriconsultos
32. Valer, Abraham: De convictionem sensuum ex
speciali organorum sensoriorum, et sigillatim
ex part. papillarum nervorum textura me-
chanica demonstrat.
33. Valer, Christianus: De morbis epidemiciis

37^{1/2} Werkes, Fr. Baltus: Topographie land-
sessatus ex sita terrarum 2 Supt.

38. Wernsdorff, G. M. L.: Orientis manna in pietatis
venatum . . . iterum excutit

36. Wernsdorff, G. M. L.: Funer magistratus civitatis
circa vacationem ecclesie ministrorum

1. ...
2. ...
3. ...
4. ...
5. ...
6. ...
7. ...
8. ...
9. ...
10. ...
11. ...
12. ...
13. ...
14. ...
15. ...
16. ...
17. ...
18. ...
19. ...
20. ...
21. ...
22. ...
23. ...
24. ...
25. ...
26. ...
27. ...
28. ...
29. ...
30. ...
31. ...
32. ...
33. ...
34. ...
35. ...
36. ...
37. ...
38. ...
39. ...
40. ...
41. ...
42. ...
43. ...
44. ...
45. ...
46. ...
47. ...
48. ...
49. ...
50. ...



Pub. 5. num. 37. ~~Pa. 3. 25~~ 19

15

1719

342
19

T. 118

DISSERTATIO JURIDICA INAVGVRALIS
DE
PROBATIONE
LANDSASSIATVS
EX
SITV TERRARVM

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI
HEREDE, ETC.

PRAESIDE

JO. BALTHAS. VVERNHERO, D.

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
ET ELECT. SAX. A CONSILIIIS AVLAE
ATQVE IVSTITIAE COD. PROF. PVBL.

IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI
D. XVIII. NOVEMBR. M DCC XVII.

KONFRIED
UNIVERS
ZVHALLE

IN AVDITORIO MAJORI

H. L. Q. C.

PRO CONSEQVENDIS

SVMMIS IN VTROQVE JURE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS

PVELIGO EXAMINI SVMMITET

CHRISTIAN. LVDOV. SCHILLING

DRESDENSIS.

VVITTEBERGAE, STANNO GERDESIANO.

DISEPTIMO JURIDICA IN WIGORIAS
 DE
 PROBATIONE
 LANDSASSIATVS
 SITV TERRARVM
 OIAM
 Rectoris Magnificissimi
 Reverendissimi Principis Electoris
 DN. FRIDERICO AVGVSTO
 PRINCIPIS REGIO ET ELECTORATVS SAXONICVS
 HEREDIS, ETC.
 PRÆSIDIS
 IO. BALTHAS. VERNHERO. D.
 POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
 ET ELECT. SAX. A CONSILIO AVLAE
 ACADEMIAE VITTEBERGENSIS
 D. XVIII. NOVEMBER. MDC. XVII.
 IN AUDITORIO MAIORI
 PRO CONSERVANDIS
 SVMMIS IN VIROVIVS HONORIBVS
 AC PRIVILEGIIS
 PAVLICO EXAMINISSEMITET
 CHRISTIAN. LAVOV. SCHILLING
 DRESSENSIS
 WITTEBERGAE STANS GERDSLAND

111



111

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

- | | |
|---|---|
| <p>§. I. <i>Occasio Dissertationis.</i></p> <p>§. II. <i>Quo sensu definitio Landsas-
satus periculosa dici queat.</i></p> <p>§. III. <i>Landsasfi sunt subditi.</i></p> <p>§. IV. <i>Landsasstatus variis modis
probat. Hujus loci est tantum
probatio per situm.</i></p> <p>§. V. <i>Argumenti obscuritas & diffi-
cultas.</i></p> <p>§. VI. <i>Probationis per situm funda-
menta. Primum ab antiquo ter-
ritoriumum statu repetitur.</i></p> <p>§. VII. <i>Fundamentum secundum ex
doctrina Titii.</i></p> <p>§. VIII. <i>Fundamentum tertium ex
doctrina Cocceji. Diviso Ger-
manie in partem mediatam &
immediatam. Ejus fundamen-
tum. Quid terre mediate?
Quid immediate?</i></p> <p>§. IX. <i>Ex hac hypotbesi situs terra-
rum praesumptionem parit.</i></p> <p>§. X. <i>Ratio, cur Franci aliam Ger-
maniae partem immediatam,
aliam mediatam esse, voluerint?</i></p> <p>§. XI. <i>Diffentit Titius.</i></p> <p>§. XII. <i>Ejus primum argumentum.
Responsio.</i></p> <p>§. XIII. <i>Argumentum secundum.</i></p> | <p>§. XIV. <i>Responsio.</i></p> <p>§. XV. <i>Continuatio.</i></p> <p>§. XVI. <i>Argumentum tertium. Re-
sponso.</i></p> <p>§. XVII. <i>Argumentum quartum.
Responsio.</i></p> <p>§. XIX. <i>Quisnam sit genuinus de ter-
ritorii clausis & non clausis con-
ceptus? Qualis conceptus ex hypo-
thesi Cocceji de illis formari debeat?</i></p> <p>§. XIX. <i>Dissensus & confusus Dd.
conceptus de hoc argumento.
Puchholzii omne territorium
clausum esse putat. Ejus ratio-
nes & argumenta.</i></p> <p>§. XX. <i>Responsio.</i></p> <p>§. XXI. <i>Notatur diversa, & a pro-
posito aliena territorii clausi &
non clausi descriptio.</i></p> <p>§. XXII. <i>Rationes eorum, qui usum
hujus distinctionis impugnant.</i></p> <p>§. XXIII. <i>Responsio.</i></p> <p>§. XXIV. <i>Descriptio territorii clausi
& non clausi Menckeniana. De-
fenditur contra Puchholzium.</i></p> <p>§. XXV. <i>Conjectura de origine di-
stinctionis territoriorum in clau-
sa & non clausa.</i></p> <p>§. XXVI. <i>Usus memoratae distin-
ctioni-</i></p> |
|---|---|

- tionis a quibusdam impugna-
tur.
- §. XXVII. Respondetur ad rationes
contrarias.
- §. XXVIII. Diluuntur argumenta
Puchbolzii.
- §. XXIX. Ostenditur, laudatam divi-
sionem non esse mere arbitrariam.
- §. XXX. Refellitur Puchbolzcius.
- §. XXXI. Puchbolzcius varia signifi-
catione vocabulorum ludit.
- §. XXXII. Notatur infirma argu-
mentandi ratio, qua utitur.
- §. XXXIII. Dissentit etiam Dn.
Thomafius. Cui respondetur.
- §. XXXIV. Notatur opinio Ger-
mani Philoparchi. Ut & Dn.
Thomafii.
- §. XXXVI. An generaliter situs in-
tra limites territorii, sive clausum
sit, sive non clausum, prae-sumtio-
nem Landsasfiatus inferat? Re-
gula vulgaris. Quam tuetur
Reinkingius. Impugnat Zach.
Victor. Quem sequitur Dn.
Thomafius.
- §. XXXVII. Cui respondetur. Ex-
ponitur, quid sit in territorio esse.
Sola adjacencia indicium Land-
sasfiatus non facit; sed inclu-
sio intra territorii fines.
- §. XXXVIII. Dn. Thomafii argumen-
tum primum. Responso.
- §. XXXIX. Argumentum secundum.
Responso.
- §. XL. Argumentum tertium. Re-
sponso.
- §. XLI. Usus regulae fufius demon-
stratur.
- §. XLII. Qui non cessat, quamvis
alter in possessione sit.
- §. XLIII. Argumentum quartum.
Responso.
- §. XLIV. Fundamentum regulae in
Jure Civili.
- §. XLV. Objectiones Dn. Thomafii,
quae dissolvuntur.
- §. XLVI. Fundamentum regulae in
Jure Canonico. Obj. Dn. Tho-
masii. Responso.
- §. XLVII. Usus laudatae regulae in
bonis Ecclesiasticis a Dn. Thoma-
sio negatur.
- §. XLVIII. Sed contra eum asseritur.
- §. XLIX. Rationes Dn. Thomafii
quoad speciales controversias si-
gillatim intuitu civitatum.
- §. L. Quae expenduntur.
- §. LI. Usus regulae quoad nobiles.
- §. LII. Item Comites. Et Principes.
- §. LIII. Rationes, propter quas Dn.
Thomafius ejus usum, quoad
Status Ecclesiasticos, negat.
- §. LIV. Ad quas respondetur.
- §. LV. Monitum circa probationem
ex situ.
- §. LVI. Praesumptio Landsasfiatus
ex situ bonorum non cessat, licet
ab alio in feudum recognoscantur.
- §. LVII. Conclusio.



§. I.



Requentes admodum, inprimis *Occasio*
hodie, lites inter Dominos *Differen-*
Territoriorum, eorumque *tionis.*
Landfaffios, agitantur; dum
Illi superioritatem Territoria-
lem omnibus viribus defendunt,
hi vero libertatem atque exemptionem ab Eorum
Imperio affectant. Quae res occasionem dedit,
ut crederem, operae pretium me facturum esse,
si, cum specimen publicum, idemque Inaugurale,
mihi ex hac Academia discessuro edendum esset,
in hoc potissimum argumento ingenii mei vires
periclitarer & exercerem.

§. II.

Nec vero opus, puto, erit, definitioni Land- *Quo sensu*
faffiatus multum immorari; utut eam *definitio*
periculo- *Landfaff-*
sam, multisque Imperii Conventibus solícite quae- *faffiatus pe-*
sitam, nondum tamen inventam esse, VVARE- *riculosa*
MVND ab EHRENBERG (a) auctor sit. Nisi *dici queat.*
A 3 enim

a) Tr. de Foeder. L. II. c. I. n. 40.

enim me omnia fallunt, VVAREMVNDO non tam de conceptu *Landsassiatu* generali, quam de genuinis criteriis & characteribus, unde *Landsassii*, in hoc vel illo Territorio, speciatim cognosci, & ab eorum, qui tales non sunt, conditione liquido distingui possint, sermo est. Cum enim non una, eademque sit ratio, qua Principes Imperii sibi subiectis imperant, sed alibi liberior, alibi adducta magis, inde una & generali regula omnium *Landsassiorum* conditio comprehendi atque exacte repraesentari nequit. (b) Nec vero putem, alio sensu hujus *de Landsassiatu* quaestionis inter illas, de quibus lis mota fuerit in *Rec. Imp. Spir. A. 1600. praef.* mentionem injectam esse; Valde simplices enim oportet esse, qui, Proceres Imperii circa nomen anxie laborasse, & de Logica quadam definitione sollicitos fuisse, sibi persuadere velint.

§. III.

*Landsassii
sunt sub-
diti.*

Illud certum est, *Landsassios* in subditorum numero esse, ad fidem, obsequium, & reverentiam Domino territoriali obstrictos; utut forte jurisdictione in alios gaudeant, atque de plebe subditos

b) *Add. VVILHELM. LEYSERVS Diff. d. Landsassii*
ib. 16.

ditos dignitate & gradu antecellant. (c) De his multi ex instituto tradiderunt. (d) Sed nemo tamen occurrit, qui modos probandi Landfaffiatum distincte exposuerit, & characteres illius spurios a genuinis accurato judicio discernere annisus fuerit. In quo tamen caput & fundamentum controversiarum, quae de hoc argumento subinde oriuntur, magnoque animorum motu ventilari solent, consistit.

§. IV.

Modi Landfaffiatum probandi varii sunt. *Landfaffiatum variis modis probatur.* In quorum numero praestatio homagii, convocatio ad Comitata Provincialia, secuta comparitio, provocatio ad Dominum Territorialem, alique plures, recenseri solent. De quibus agere, praesentis instituti ratio haud permittit; ne tam variorum capita simul persequendo nullum exhausti loci relinquatur. Quocirca ex omnibus Landfaffiatum probandi generibus in eo solo occupabor, quod a *Situ Terrarum* desumi, & ab illis, qui circa controversias Juris Publici occupantur, frequentissime adhiberi solet.

Hic

c) HERT. *Diff. d. Subjcti territ.* §. 6.d) LEYSERVS *cit. Dissert.* SCHILTERI *Diff. d. Landfaffiatu post Exerc. ad Pand.* 13. p. 445. *seqq.*

§. V.

*Argumen-
ti obscuri-
tas & dif-
ficultas.*

Hic vero tanta se obscuritas, atque caligo rerum apud Doctores offert, tot tricae, & argumentationes in circulum, ut hodie non desint, Magni quoque Nominis Viri, qui omnem hanc probationem per *Situm*, tanquam inutilem, rejiciant, imo velut prorsus ineptam exagitare non dubitent. Multi *clausa* Territoria dari negant; alii in contrarium versi omnia territoria talia esse, contendunt. Rursus quidam distinctionem illam, velut imaginariam, & in cerebro Doctorum, sine ulla ratione natam, rident, atque traducunt. Nemo certe haecenus, quod sciam, fuit, qui fundamentum, cur haec vel illa territoria *clausa*, alia vero *non clausa* censerit debeant, ostenderit; Sed, ut fieri solet, Doctorum alius alium exscribit, & sic has provincias *clausas*, illas *non clausas*, suo arbitrio, vocant; at, cum de ratione quaeritur, aqua fere ipsis haerere solet, & si tandem aliquid regerant; ne nihil dixisse videantur, ad consuetudinem & observantiam provocant; quam tamen, ubi a dissentientibus negata fuerit, probare nesciunt. Tentabo igitur, ut, quantum fieri potest, originem & fontes rei obscurae ad liquidum perducam. Quibus perspectis, non difficile erit, clarum atque distinctin-

ctinctum conceptum sibi de territoriis *clausis* & *non clausis* formare, atque simul probationem Landsassatus per *situm* adversus eorum, qui dissentiant, objectiones asserere & vindicare.

§. VI.

Recte vero rem aestimanti tria se momenta Probationis fundamenta. inprimis offerunt, ad quae in hoc probandi Landsassatum genere attendi, par erit. Primum *Primum* est, ab antiquo territorio statu repetitur. ut respiciamus, an ex historia & publicis rerum documentis ostendi possit, territorium, in quo terra, de cujus medietate vel immedietate (liceat barbarum cum vulgo loqui) sita est, aliquando universum unius superioritati atque Imperio subfuisse. Hoc enim probato, haud dubie ejusmodi terrae possessor, qui illam exemptam & immediatam jactat, onus probandi subire cogitur. Pro Domino territoriali tunc militat regula atque praesumptio, ex natura rei desumpta, quod res in eodem statu durare, mutatio autem facti esse intelligatur. Neque hujusmodi possessori quicquam proderit, si forte alleget, in tali territorio, etiam alios, qui immediati sint, reperiri; id enim nihil ipsum ab onere probandi relevabit; cum tralatitium sit, quod exceptio, in reliquis casibus, confirmet regulam. Illi immediati erunt, quia, se tales factos esse, ostenso

B

legiti-

legitimo exemptionis titulo, probare queunt. Quid vero hoc ad alterum? Imo hic ideo mediatum erit, quia, se immediatam conditionem natum esse, liquido probare nequit. Quod fusius non persequor, ne, plura addendo, Lectorem stuporis arguere videar. Atqui de quibusdam territoriis, v. gr. Saxonia, Thuringia, quod univ[er]sa unius superioritati, pristinis jam temporibus, subiecta fuerint, res tam clara est, ut nemo forte, rerum Germanicarum gnarus, in dubium vocare auit. Quocirca in huiusmodi territoriis ad asserendum, contra negantes, Landsassiatum, non alio argumento opus erit, quam ut ad pristinam territorii conditionem & statum provocetur, & ab eo, qui se immediatum ibi fert, probatio exemptionis liquida petatur.

§. VII.

*Fundamentum
secundum
ex doctrina
Titii.*

Alterum fundamentum a situ terrarum repetitum, est, ut, si quaestio occurrat, an bona mediatum, an immediata, censeantur, attendatur, utrum major aliqua Potestas in Territorio existat, nec ne. Priori casu Comites & Barones, imo & Episcopi, aliique Praelati Ei subiecti, posteriori autem, liberi & immediati, habendi erunt. Est haec doctrina TITII, IUSTI, IUDICIO, & JURIS PUBLICI SCIENTIA

entia vehementer, dum viveret, excellentis. (e)
 Equidem haud diffiteor, regulam hanc non omni
 dubio vacare; praesertim cum laudatus TITIVS
 nullam rationem adjiciat, unde intelligi possit, cui
 fundamento illam superstruxerit. Nondum enim
 liquidum esse videtur, quid alienae potestatis ma-
 gnitudo ad rem faciat, nisi ostendi simul queat, il-
 lam in hunc, vel illum etiam, qui subditum se esse
 negat, competere? Non enim sequi videtur: Ma-
 jor quis dignitate & gradu est; Ergo habet jus al-
 teri imperandi. At enim vero, sicuti lubens fateor,
 quod argumentum hoc non totum negotium sta-
 tim conficiat; ita negari nequit, aliquod saltem ad-
 miniculum probationi, quod terrae mediatae sint,
 inde accedere; ideoque non omnino negligendum
 illud esse; cum utique probabile sit, minores
 potestates in aliquo territorio, unius & ejusdem
 conditionis atque juris esse, idemque caput agno-
 scere & revereri.

§. VIII.

Succedit *Tertium* fundamentum, a *situ* in par-
 te vel *mediata*, vel *immediata* Germaniae, desum-
 tum. Est haec hypothesis *Illustris Dn.*
 B 2 Coc-
 Funda-
 mentum
 tertium
 ex doctri-
 na Cocceji.

e) *Diff. de Habitu Territor. German. Cap. 1. §. 72. in fin.*

Diviso
Germanie
in partem
mediatam
& immediatam.

Ejus fundamen-
tum.

Quid terrarum
mediatarum?

Quid immediatarum?

Ex hac hypothesi
situs terrarum
præsumtionem
parit.

COCCEII. (f) Distinguit nempe *Celeberrimus Vir*, universam Germaniam, in partem mediatam, atque immediatam. Fundamentum desumit a Lege, qua primum terrae Regno Franciae Orientalis unitae & acquisitae sunt. Quocirca terras *mediatas* vocat, quae ea lege memorato regno subjectae sunt, ut proprio jure, fisco, magistratuque uterentur, hic regno pareret; quo refert Bavariam, Saxoniam, omnes terras Vandalicæ & Moravicæ, nec non Marchiam. *Immediatae* vero provinciae COCCIO appellantur, quae Regiae Camerae seu Fisco immediate adscriptae, & a Regis officialibus seu Missis, Regioque jure, gubernatae sunt. Quales Eidem sunt Francia, Terra Rhenensis, Suevia & Westphalia. (g)

§. IX.

Quamvis autem negari haud possit, in parte quoque mediata terras quasdam specialiter exemptas & immediatas dari; uti contra in immediata Urbes mediatæ &c. inveniuntur; (h) ex hac tamen hypothesi situs terrarum in provincia vel mediata, vel immediata, præsumtionem parit, quae nonnisi

f) *Jur. Publ. Prud. cap. 15. §. 40; seqq. & cap. 9. §. 1.*

g) *Ibid. §. 2. seqq.*

h) *Ib. §. 5.*

nonnisi contraria probatione eliditur : ut, qui in parte mediata, v. gr. Saxonia, terras incolit, five Comes, five Baro, five Nobilis fit, contra se praesumptionem habeat, eoque mediatus, & Domino territorii subiectus, censeri debeat, quamdiu exemptionem legitime probare nequit.

§. X.

Rationem Cocceius addit, (1) cur Veteres Franci latus Germaniae occidentale ad Rhenum, quod inter Galliam & limitem Orientalem medium est, noluerint esse liberum, sed immediate Regno subiectum, ne scil. intermedia quaedam potestas propria, ac suo modo libera, continentiam liberarum terrarum divideret; neque illa regni, sed haec liberarum potestatum mutuam opem impediret & frangeret; cum plurimum ad regni pacem securitatemque referar, vires liberarum potestatum unitas non esse, & quia vis regni maxime in media terra, quasi in centro sita est, hanc solius regni esse, non alterius potestatis.

Ratio, cur Franci aliam Germaniam partem mediam, aliam immediatam esse, voluerint.

§. XI.

Enimvero hanc doctrinam novissime impugnavit Titius, (k) qui negat, exitu terrarum in par-

Dissentit Titius.

B 3

te

(i) Ib. §. 6.
(k) Specim. Jur. Publ. L. 1. c. 3. §. 25. seqq.



te, vel mediata, vel immediata, Germaniae, argumentum Landsassiatum, vel exemptionis, desumi posse. Rationes, quibus nititur, huc redeunt.

§. XII.

Ejus primum argumentum.

Primo de duplici illa connectendi ratione omnino dubitari posse, ait; Nam quae Franci rationibus suis propius adscripserint; illa non regni, sed Ducatus, similive, titulo ipsos tenuisse, terras vero eodem modo, quo caeteras, Imperio Francico unitas fuisse; utut ei, cum possessores earum simul essent Reges, addictius paruerint; id quod exemplo ditionum Austriacarum, quibus axioma Imperiale

Responso.

diu hactenus cobaeserit, hodie intelligi possit. At vero haec facilius dicuntur, quam probantur. Nam, ut strictim per singulas provincias, quae immediatae dicuntur, eamus, Francia, atque hujus accessio facta, terra Rhenensis, Regnum Francicum immediate primo constituerunt. (1) Quas proinde regni, non ducatus, similive, titulo Francos tenuisse oportet; quia regnum constituere, & simul simplicem Ducatum, Regno contradistinctum, esse, contradictionem haud obscure involvit. Sueviam quod attinet, formula, qua regno Francorum adjuncta

1) CONRINGIVS d. Fin. Imp. L. 1. c. 2. §. 1. COCCIIVS
c. 1. c. 3. §§. 6. & 7. §. 83.

Ita fuit, haec erat, ne proprio jure Magistratuque u-
 teretur, sed fisco regio immediate adscripta ef-
 set. (m) Nullum hic specialem titulum historia-
 rum annales memorant, quo Suevia regno unita
 fuerit. Et demum post tempora Carolingorum
 factum, ut Conradus I. Burchardum Sueviae Du-
 cem constitueret. (n) Sed & VVestphalia sen-
 sim libertate exuta, nullo speciali titulo, immedia-
 ta regni provincia, facta fuit. Cujus rei histo-
 riam COCCEIVS (o) ex instituto tradit. Hacte-
 nus igitur nihil causae TITIVS habuit, cur de du-
 plici illa connectendi ratione, quam COCCEIVS
 asseruit, dubitaret.

§. XIII.

Nunc ad alterum argumentum progredior, ab *Argumen-
 tum se-
 cundum.*
 inconstantia terrarum mediatarum & immediata-
 rum desumptum. Ita enim TITIVS c. l. §. 26. *Dein-
 de si diversam illam connectendi rationem admit-
 tas, id tamen secundo certum, quod illa non incon-
 cussa steterit.* Quod in sequentibus exemplo Ba-
 variae atque Sveviae ostendit. Imo pro tempo-
 rum

m) CRYSIVS *Suev. Ann. P. 1. L. 8. c. 9.* COCCEIVS c. l. §. 21.

n) *Vid. COCCEL. c. l. 6, quem ibi citat, ECKARRDVM Jun.
 d. Cassi. S. Gall. Cap. 1.*

o) *Cap. 9. §. 12. seq.*

rum diversitate aliquando omnes terras immediatas, aliquando autem mediatas fuisse, contendit, eoque sine varia loca ex ipso COCCIO adducit.

§. XIV.

Responsio.

At enim vero hujusmodi vicissitudines, & mutationes, quae diversis temporibus evenerunt, discrimen inter terras mediaras & immediatas nondum convellunt. Quando enim Francorum Reges terris mediatis quandoque praefectos dederunt, v. gr. Carolus M. Bavariae, posteaquam Thasilonem cum filio damnaverat, non statim Ducatum everterunt, sed tanquam Duces, in quorum locum successerant, id fecisse intelliguntur; ut hinc civitates, item Comites, Barones, atque Nobiles, in hujusmodi provinciis constituti, nihil secius mediatum manserint; perinde ut hodie in ditionibus Austriacis, quibus a longissimo tempore axioma Imperiale cohaesit, contingere videmus.

§. XV.

Continuatio.

Rursus, quando terrae immediatae Duces, & propriam cum illis potestatem, acceperunt, Marchiones tamen, Comites, aliique in rebus officii sui, non Duci, sed Regi parebant; neque ab illis ad Ducem, ut in terris mediatis fiebat, sed immediate ad Regem provocabatur, ut in causis regni

gni & provinciae publicis imperium Ducis tuo modo agnoverint. Quocirca omnia regni officia Principum & Comitum, etiam post acceptos Duces, in terris immediatis regno immediate subfuisse, constat. (p) Ut hinc memoratae rerum vicissitudines non obstant, quo minus hodiernum in discernendis bonis Immediatis atque mediatis ad hanc terrarum differentiam respiciatur; & bona in illis provinciis, quae semper suo Duci paruerunt, v. gr. Saxonia, sita, mediata, in reliquis immediata in dubio censeri debeant.

§. XVI.

Pergit TITIVS, (q) & memoratum discrimen ^{Argumentum tertium.} non semper invariatum durasse, ex eo liquere, putat, quod axioma regum per plures iverit familias; hinc si Francia fuerit provincia immediata, quando Franci rerum sint potiti, idem videri dici posse de Saxonia, postquam ad Saxones Regia potestas devenerit. ^{Responsio.} Atqui Francia ipsum Francorum Regnum, ut supra monui, constituit, & sic initio statim immediata fuit. Terrae mediatae autem hoc ipso, quod earum Duces ad regale fastigium subvecti sunt, non statim immediatae sunt

C

factae

p) Cap. 15. Sect. 3. §. 41.

q) L. I. c. 3. §. 30.

factae ; quamvis & Regium & Ducale axioma in eadem persona concurreret. Ut res palpabilis fiat, exemplo eam illustro. Archi-Duces Austriae longa serie Imperatores creati sunt ; neque tamen propterea Ditiones Austriacae provinciis Imperii immediatis accenseri queunt ; cum illas Austriaci non, qua Imperatores sunt, sed tanquam Archi-Duces, teneant ; nec, quos inde percipiunt, redditus, aerario Imperii inferant, sed in fiscum Archiducalem redigant. Sic ergo & Saxonia, quo exemplo TRIVS utitur, posteaquam Germaniae Reges & Imperatores dedit, hoc ipso non immediata facta est, sed terra mediata mansit, & nemo, quod sciam, dubitat, eandem personam & regno & ducatu simul, at diverso respectu, praesse posse.

§. XVII.

*Argumen-
tum quar-
tum.* Ad ultimum negat TRIVS, diversitatem illam Provinciarum, quod aliae mediatae, aliae immediatae sint, adaequatam esse, omnesque Germaniae partes complecti. *Cum enim, pergit, septem illae cardinales provinciae varie distractae, multisque partibus truncatae sint, non liquet, qua formula novistatus inde orti Germaniae fuerint uniti.*

Responsio. Sed quid tum ? Saltem evidens utilitas laudati discrimi-

scriminis remanebit in illis terrarum portionibus, quae, avulsis quibusdam licet, pristinam conditionem retinuerunt, ut, quae in illis sitae sunt, terrae in dubio hodiernum vel mediatae vel immediatae censeantur. Sed & illae, quae a provinciis mediatis avulsae sunt, terrae mediatae eousque reputari debent, quatenus mutatio ea in parte liquido ostendi nequit. Qua ratione v. gr. principatus post separationem a Ducatu mediatas mansit; quia potestas, quam Dux in talem principatum antea habuerat, in Principem transibat.

§. XIIX.

Ex iis, quae hactenus persecutus sum, facile, putoliquet, quomodo genuinus conceptus de territoriiis *clausis* & *non clausis* formari queat. Nempe *clausa* territoria sunt, de quibus constat, quod omnia, quae illius finibus continentur, aliquando unius potestati territoriali subiecta fuerint. Ubi rationis est, ut, qui, etiam nunc exemptionem ibi praetendit, hanc legitime probare debeat; quia res in eodem semper statu mansisse praesumi debet. Contra *non clausa* territoria appellantur, de quibus, quod aliquando unius superioritati territoriali subfuerint, probari nequit; Ubi ratio postulat, ut, qui alterum sibi subiectum esse contendit, cum

Quisnam sit genuinus de territoriiis clausis & non clausis conceptus.

*Qualis
conceptus
ex hypo-
thesi Coc-
ceji de illis
formari
debeat?*

hic liber antehac fuerit, onus probandi ipse subeat. Ex hypothesi COCCEIANA vero illa territoria, quae in parte Germaniae mediata sunt sita, *clausa* dicuntur, quae vero in parte immediata constituta sunt, *non clausa* appellantur. Sed & hic eadem ratio & praesumptio locum habet, ut qui illo COCCEII sensu in territorio clauso reperiuntur, etiam de territorio esse censeantur; cum ex adverso eos, qui in parte immediata Germaniae, seu in territoriis non clausis, constituti sunt, talis praesumptio nequaquam urgeat.

§. XIX.

*Dissensus
& confu-
sus Docto-
rum con-
ceptus de
hoc argu-
mento.*

Formato semel recto de hac divisione conceptu, nullo negotio dispelli poterunt nebulae, quas eidem Doctores obducere solent, dum plerique in discernendis bonis mediatis atque immediatis ad hanc divisionem recurrunt, nec tamen ejus vim recte assequuntur, multoque minus eandem idoneis argumentis tueri sciunt. Mirum est, quam hic Juris Publici Doctores, ut vocari amant, hallucinentur, & in diversas sententias circa ipsam territorii definitionem abeant. Sunt, qui omne territorium *clausum* esse, dicant, & *non clausum* dari negent. Quae sententia novissime Patronum na-
cta

120

ta est, in NEUMANNO de PUCHHOLZ (r) his ^{P V C H} argumentis uso. ^{H O L Z I V S} Primo ad generalem territorii ^{omne ter-} definitionem provocat. ^{ritorium} Si enim, inquit, ^{clausum} territorium quodpiam fines jurisdictionis vel superiorita- ^{esse, putat.} tis non haberet, ^{Ejus ra-} esset infinitum. ^{tiones &} Deinde mo- ^{argumen-} net, illud, quod Domino territorii subjectum non est, ^{ta.} sive a territorio ejus circumsepiatur, sive ex uno ^{argumen-} tantum latere attingatur, fines suos habere a ter- ^{ta.} ritorio adjacente illud separantes, adeoque aliud ^{argumen-} distinctum constituere territorium. Implicare er- ^{ta.} go, dari territorium non clausum, seu tale, quod in- ^{argumen-} tra fines suos aliud quidem contineat territorium, ^{ta.} illud tamen subjectum non sit; cum eo ipso, quod ter- ^{argumen-} ritorium aliquod alteri subjectum non sit, fines suos ^{ta.} habeat, quousque immunitas ab alieno territorio & ^{argumen-} propria superioritas vel jurisdictio se extendit. Ha- ^{ta.} tenus NEUMANNUS.

§. XX.

Quis vero non videt, atque intelligit, terminis ^{Responso.} tantum & vocabulis a NEUMANNO ludi? Nam ^{Responso.} eo sensu, quo ipse describit, nemo sanæ mentis ne- ^{Responso.} gabit, omne territorium clausum esse; h. e. supe- ^{Responso.} rioritatem certis finibus includi; non vero in infi- ^{Responso.} nitum

C 3

r) Annotat. ad SCHWEDERI Jus Publ. Part. Spec. C. 9. §. 5. p. 244.

nitum extendi. In quo significatu & illud verum est, nihil in territorio esse, h. e. superioritati territoriali subiectum, nisi etiam de territorio sit; & quicquid non est de territorio, id ne quidem in territorio esse, sed separatum atque distinctum territorium constituere. Animadvertit ambiguum hunc significatum *Dn. HORNII* (s) qui, cum exemplum Ratisbonae adduxisset, quae in medio Bavariae agro sita est, atque intra sua pomoeria quinque status continet, subijcit, ejusmodi status, si rem recte aestimes, nec esse in territorio alterius, sive in provincia, vel portione illa, quae sit alterius status; sed illum ipsum locum per se territorium esse, etsi ab alio territorio undiquaque circumdatum.

§. XXI.

*Notatur
diversa &
a proposito
aliena
territorii
clausi &
non clausi
descriptio.* Sed quis hanc territorii significationem in mentem venisse credat illis, qui territoria in *clausa*, & *non clausa* distinxerunt. Sane planum atque perspicuum est, eos, qui hac distinctione utuntur, id velle, quaedam territoria suis finibus ita contineri, ut intra eos nihil, quod non regulariter ejusdem Domini superioritati subiectum sit, reperire liceat, eademque vocari *clausa*; alia vero territoria suo

am-

s) *Jur. Publ. Prud. c. 62. §. 2. p. 697.*

ambitu seu finibus suis includere separatas terras, eidem Domino haud obnoxias, sed peculiaria territoria constituentes, vel certe alienae Superioritati subjectas.

§. XXII.

Ast in hoc quoque significatu memoratam distinctionem nullius omnino usus esse, aliqui contendunt, & qui ad illam in quaestionibus Juris Publici provocant, id tantum videri agere, ut aliis, ^{Rationes eorum, qui usum hujus distinctionis impugnant.} nescio quid mysterii sub illis vocabulis latere, persuadeant. Quodsi enim, inquit, nulla lis sit inter Dominum, ejusdemque subditum, nec distinctione aliqua opus erit; Sin autem aliquis, finibus territorii circumdatus, neget, se illius Dominio subesse, h. e. territorium esse clausum, utique affirmanti probatio incumbet; eoque distinctio haec nullam omnino vim effectumque habebit. Ponunt praeterea casum, ubi v. gr. Cajus territorii Dominus adversus Sempronium bona intra illius ambitum possidentem, contendit, eum sibi subjectum & Landsasium esse; Sempronius id negat, & probationem Landsasii urget; replicat Cajus, probationis loco sufficere, quod territorium suum clausum sit, negat hoc rursus Sempronius; quocirca Cajo probandum esse dicunt, territorium,

rium, quod possidet, clausum esse; quomobrem tali casu nihil hanc distinctionem Cajo prodesse, sed ipsi probandum, omnia bona, quae a territorio ipsius circumsepta sunt, partem territorii constituit, eidemque, tanquam Domino territoriali subesse; in qua probatione ad eandem distinctionem, sine manifesta petitione principii, ubi res in circulum redit, recurrere haud queat.

§. XXIII.

Responsio. Enimvero facile haec dubia diluuntur, si attendas, quod probationis loco, territorium *clausum* esse, satis sit, si constet, illud totum aliquando unius territoriali potestati subiectum fuisse, aut ex hypothese COCCII, si in parte Germaniae mediata constitutum sit. Quodsi igitur quis has vel illas terras exemptas esse, asserat, ipse, quia praesumptionem contra se habet, onus probandi suscipere tenetur. Quod argumentum hoc majoris ponderis erit, si & perpetua consuetudo, atque observantia Imperii, quae hoc vel illud territorium ad clausa referat, accedat. Cujus rei indubitata exempla in Saxonia atque Thuringia occurrunt.

§. XXIV.

Descriptio Aliam descriptionem territorii clausi & non clausi

122

clausi tradit MENCKENIUS (t) quae tamen, territorii
 si recte attendas, cum ea, quae ante a nobis expo- clausi &
 sita, omnino convenit. Nam territorium clausi non clausi
 sum vocat, quod propriis limitibus ita est conclu- MEN-
 sum, ut intra eos plenissimus Landsassiatu obti- CKENIA-
 neat, omnesque vasalli sint regulariter subditi, NA.
 Territorium vero non clausum appellat, quod pro-
 priis limitibus ita conclusum non est, ut intra eos
 plenissimus Landsassiatu vigeat, nec ibi vasalla-
 gium cum subditi conditione regulariter cobraere-
 at. Nihil in utraque definitione reperio, quod
 jure desiderari queat, aut genuino conceptui de
 territorio clauso & non clauso repugnet. Sed ta- Defendi-
 men utramque NEVMANNVS de PVCHHOLZ tur con-
 c. l. §. 6. rejicit. Fundamenta ejus sunt: ira PVCH-
 Quod Landsassiatu & homagium Eandsassiacum HOLZIVM.
 sit necessarium consequens superioritatis territo-
 rialis, adeoque territorii superioritate hac vestiti.
 Qui ergo Landsassiatu non habeat in subditos,
 illum eo loci nec superioritatem territorialem ha-
 bere, nec territorium superioritatis, utut vasallos
 habeat, solo fidelitatis juramento obstrictos; quos,
 si nulli Landsassiacae sint subditi, eo ipso imme-
 diatos

t) Diss. d. Vi Super. territ. in territ. Imp. claus. A. 1712. Lipsiae
 habita §. 8. 10. & 13.

diatos esse, & territoria sua proprio jure possidere. Ex his autem facile liquet, rursus a NEVMANNO alium territorii significatum supponi, quam illa vox a MENCKENIO accipitur; quatenus nimirum talem tractum notat, qui totus ejusdem Principis vel Domini Superioritati subest. Quo sensu omnia territoria esse *clausa*, facile MENCKENIVS concedet.

§. XXV.

At enimvero cum certae provinciae, speciatimque Austria, Bavaria, Saxonia, Hassia, Ducatus Brunsvicensis, Marchia Brandenburgica, ad territoria *clausa*, contra Franconia, Suevia, circulus Rhenanus, ad *non clausa* referuntur, ejus rei fundamentum sine dubio aliunde repeti debet; de quo tamen communiter inter Dd. altum silentium; quibus satis esse solet, memoratas terras ad alterutram classem retulisse; de ratione & fundamento, cur ita sentiant, parum solliciti videntur. Quo circa persisto in conjectura, quod occasione divisionis Germanicarum provinciarum in mediatas & immediatas nata sit distinctio territoriorum in *clausa* & *non clausa*, & terrae mediatæ vocari *clausa* & *non clausa* coeperint *clausae*, immediatae autem *non clausae*. Qua distinctione tamen si uti velimus, genui-

Conjectura de origine distinctionis territoriorum in clausa & non clausa.

123

geuinus ejus usus erit, ut non simpliciter, quod vulgo fieri solet, asferatur, hoc vel illud territorium esse clausum, & deinde probationis loco provocetur ad Doctores, qui in hunc censum illud referunt, sed ex fundamentis historiarum ostendendum venit, omnes terras, in hoc vel illo territorio sitas, unius Domini Superioritati subfuisse; Qua in re situs in parte mediata, ex hypothesei COCCII, magnum momentum affert.

§. XXVI.

At inquis, distinctionem illam ne ad hoc quidem prodesse, ut intelligatur, quid in dubio præsumi debeat. Cum enim territorium clausum sit, in quo omnia unius domini superioritati territoria-
 li subjecta sunt, non jam præsumi debere, ut, quicquid in tali territorio existit, sit etiam de territorio, sed id per rerum naturam, salva definitione territorii clausi, aliter habere non posse, adeoque nullam hic contrarii probationem locum habere. Quamprimum enim ostendatur, hunc vel illum locum in hujusmodi territorio constitutum exemptum, & immediatum esse, non jam clausum, sed non clausum territorium fore. Quamobrem non regulariter, sed nun-

usus memoratae distinctionis a quibusdam impugnatur

D 2

quam

quam fieri, aut fieri posse, ut in clausis territoriis bona immediata reperiantur.

§. XXVII.

*Responde-
tur ad ra-
tiones
contra-
rias.*

At enim vero ex iis, quæ supra diximus, constat, ad essentiam territorii clausi non requiri, ut actu omnia, quæ illius ambitu continentur, unius Domini potestati territoriali subsint. Fieri enim potest, ut in clausis etiam territoriis vel Universitatibus, vel personæ singulares, exemptionem legitimis modis acquirant, nec tamen hoc ipso uaturam clausi territorii destruant. Sed & in territorio non clauso Principes, aliique status Imperii, certa subjectionis jura in alios, vel patris, vel præscriptione, sibi quarere possunt, salva territorii non clausi indole (u) Nempe fundamenta rei ex naturali ratione fluunt; secundum quam omnia in eo, in quo semel constituta sunt, statu durare præsumuntur; mutatio facti est, eaque ab allegante probari debet. Unde consequitur, quia territoria quædam initio Regno Francorum mediate & ea lege unita sunt, ut proprio Magistratu uterentur, cui omnia in illis constituta subiecta essent, quæ nobis clausa territoria vocantur, hodiernum ibi pro subjectione

(u) MENCKE *cit. Diff. §. 13.*

ne & mediata conditione omnium, qui in illis bona possident, præsumendum esse, donec quis ex parte sui privilegium atque exemptionem probet. Hac probata, ipse quidem immediatus erit; reliquos autem nihilofecius eadem præsumtio, quod mediati sint, ex natura & indole clausi territorii urgebit; eoque ipsis, si immediatos se ferant, onus probandi incumbet.

§. XXIX.

Ex dictis nullo negotio responderi potest *Dilun-*
ad reliquas objectiones, quas PVCHHOLZIVS *l.c.* af- *tur argu-*
fert. Putat, *perperam asseri, quod in territoriis* *menta*
clausis vasallagium & Landsassatus regulariter tan- *PVCH-*
tum cobereant, id ipsum enim rectam definitionem *HOLZII.*
territorii illius clausi destruere; nam quæ regulari-
ter adsunt, abesse tamen possint, essentiam rei non
intrare, sed qualitatem accidentalem, quæ adesse
vel abesse possit, salva rei substantia Atqui hoc
ipsum, quod regulariter omnes in territorio clau-
so Landsassii sint ac subditi, eoque nemo, nisi
exemptionem legitime probet, immediatus ibi
præsumatur, ad illius essentiam pertinet, atque
salva ejus natura abesse nequit. Idque solum
sufficit ad constituendam differentiam specifi-
cam, quæ clausum territorium a non clauso, ubi

talis præsumtio cessat, & onus probandi in eum, qui subjectionem præterdit, devolvitur, distinguit. Hæc formam & essentiam territorii clausi absolvit, hæc, ut cum Logicis, quorum formulæ multis hæde ad palatum sunt, loquar, territorio clauso, uni, soli, & semper ineit.

§. XXIX.

Ostenditur, laudatam divisionem non esse mere arbitrariam. Subjicit PVCHHOLZIVS, illam Auctorum doctrinam, qua modo hoc, modo illud territorium inter clausa & non clausa numerant, esse arbitrariam. Quod tamen aperte falsum. Non enim a Doctorum arbitrio pendet, hoc, an illud territorium inter clausa aut non clausa referre velint, sed fundamentum a prima conditione nec non a situ territorii, in parte vel mediata, vel immediata Germaniæ, longo item usu, atque perpetua observantia repeti debet.

§. XXX.

Refellitur PVCHHOLZIVS. Addit PVCHHOLZIVS probationis loco, quod PFEFFINGERVS ad VITRIARIVM l. 3. t. 19. §. 4 solum Electoratam Saxonie, qui juxta OLDENBURGERVM in Linn. Enucl. l. 2. c. 9. n. 3. exiguam ditionem efficiat, nec Misniam Voigtlandiamque comprehendat, territorii clausis accenseat; MENKENIVS vero cit. Diff. §. 8. Saxoniam simpliciter, sub qua alibi & Misniam, Voigtlandiam, Thuringiamque comprehendat, terri-

territoriis clausis annumeret; nullo fundamento, cur hæc potius, vel illa, ditio pro territorio clauso haberi debeat. Sed enimvero evidenter, ut puto, ostendi fundamentum, unde alia territoria clausa, alia non clausa, appellari mereantur; & quod hæc distinctio non cerebrina sit, sed pristino territoriorum statu, atque historiae Germanicæ indubitata fide, nitatur. Dissensio Dd. autem ipsam rei veritatem infringere nequit.

§. XXXI.

In eo vero rursus sola æquivocatione PVCH-HOLZIVS ludit, quando ait, rem equaliter se habere ^{PVCH-HOLZIVS} tam in circulo Rhenano, Franconico & Sævico, quam ^{varia} in Austria, Bavaria, & Saxonia; Ut enim ^{significa-} tione vo-
 Franconia & Sævia sint unus Imperii circulus, & ^{cabulo-} rum ludit.
 uanationalis quædam provincia, tamen in sensu juridico non unum territorium jurisdictionale vel superioritatis, sed plura efficere territoria, in quibus respectu singulorum dominorum peræque vigeat Landsasatus respectu subditorum. Male igitur Franconiam & Sæviam unum territorium non clausum in sensu juridico & formali superioritatis territorialis vocari. Nam territorium eo significato accipit, quo nihil, nisi quod superiori potestati, quæ in illo reperitur, subiectum sit, includit;

dit; quo sensu omne territorium clausum dici posse, in superioribus NEVMANNO concessimus; qui tamen ab eo, quem nos supponimus, & ab omnibus, qui hac distinctione utuntur, supponi solet, plane alienus est. Franconia & Svevia ob hanc ipsam causam, quod plura territoria contineant, immediate Imperatori atque Imperio subiecta, & utriusque conditio jam olim sub regno Francorum talis fuerit, inter territoria non clausa referri debent; ideoque non sequitur: Hæc vel illa terra in Franconia aut Svevia sita est; Ergo mediata censeri debet, donec exemptionem probet; sed qui subiectionem adversus alterum allegat, probationem in se recipiat, oportet.

§. XXXII.

Notatur
infrima
argumen-
tandi ra-
tio, qua
nititur.

Urget præterea PUCHHOLZIVS, si verum esset, in Saxonia, prout Misniam, & Voigtlandiam comprehendit, Landsassiatum esse qualitati vasallagii annexum, eventurum, quod, cum a Rege Bobemiæ Elector Saxoniæ in ipsa Misnia & Voigtlandia plurima teneat feuda, sicut & alii Imperii Status, uti Domini Reussen de Plauen, Comites de Schoenburg, & alii, omnes hi essent Regis Bobemiæ Landsassii, quod nemo dixerit. Imo vero non hoc, sed illud inde conse-

consequitur, quod, licet aliqui bona sua in territorio Saxonico sita a Rege Bohemiæ in feudum recognoscant, nihilominus ex natura territorii clausi maneant subditi atque Landsassii Electoris Saxonix. Quando enim in Saxonia Landsassiatu vigere dicitur, non is sensus est, quod cujuscunque, etiam extra territorium forte constituti, Vassallus quis sit, ejus etiam sit subditus; sed quod intra illius fines nemo feudum aliter, quam ut simul Superioritati Saxonice subsit, regulariter possidere queat; sive Elector sit simul dominus directus feudi, sive alius; & quod nemo feudum ibi situm ab Electore recognoscere queat, nisi ut simul Landsassium se atque subditum profiteatur.

§. XXXIII.

Eandem hanc territoriorum in *clausa* & non *Dissentis* *etiam* *THOMA-* *THOMA-* *SIVS.* *SIVS.* *divisionem impugnat Illustris THOMASIVS (x) qui, verosimile videri, ait, distinctionem illam purum putum inventum hominis Sophista esse, intendentes, eos, qui brocardicum vulgare (quod ea, quæ sunt in territorio, præsumantur etiam esse de territorio) oppugnarunt, insensibiliter & per circulum seducere a proposito. Nam, addit,*

E vide

x) Dissert. d. Inutilitate Brocardici vulgaris: Quæ sunt in territorio, præsumuntur etiam esse de territorio, §. 36.

Vide modo, quomodo res evadat in circulum. Primo docuit vulgus Ictorum, regulam esse, quicquid est in territorio, praesumi etiam esse de territorio. Ostensa falsitate hujus regulae, cum aqua haereret acutioribus defensoribus brocardici hujus, exceperunt, valere saltem regulam in territoriis clausis, et si non valeat in non clausis. Si queras: quid vobis sunt territoria clausa, quid non clausa? Respondent, illa territoria clausa sunt, in quibus locum habet regula, illa non clausa, in quibus locum non habet. Quod si Doctores, ut fieri solet, nihil aliud respondeant, circulus negari nequit. Sed ostendi haec, sine argumentatione per circulum allatam distinctionem retineri posse, demonstrando qualitatem territorii clausi, ex pristino illius statu atque conditione, ex situ in parte vel mediata, vel immediata Germaniae, ex observantia Imperii, & consuetudine a multis seculis, longissimoque usu repetita.

§. XXXIV.

Notatur
erronea
opinio
Germani
Philopar-
chi.

Multo minus vero audiendus est Germanus Philoparchus quidam c. l. §. 38. citatus, qui in Tractatu, quem inscripsit den fluzgen Beambten P. I. t. 13. §. 31. n. 9. de hac distinctione ita sentit: Die distinction unter ein ge-

127

geschlossen und ungeschlossen territorium ist weder in den Reichs-Constitutionibus, noch in sana ratione fundiret/ sondern ein blosses Inventum eines Favoriten von dem unmittelbahren Reichs-Adel/ der seine Güther vor exempt wissen will/denn wo die exemptio eines oder des andern simpliciter vel secundum quid immediati so gleich ein ungeschlossenes territorium macht/ wird kaum ein Stand im Heil. Römischen Reich zu finden seyn/ der nach diesem Lehr-Satz nicht auch ein ungeschlossen territorium haben müste. Manifestum est, Philoparchum sibi erroneum conceptum de territoriis clausis & non clausis formasse; quasi clausum statim desineret tale esse, simulatque unus alterve in eo a Superioritate territoriali legitime eximatur, atque immediatus fiat. Quod assertum falsum esse, satis, puto, in superioribus evici. Nec vero impedio, quo minus quis territorium in tam angusto, si velit, significato capiat. Non enim de vocabulis, sed de re ipsa, laboramus.

§. XXXV.

Quod vero Philoparchus addit, in favorem *Conjectu-*
E 2 Nobi-

*ra incerta
Philopar-
chi.*

*U. &
THOMA-
SII.*

Nobilitatis Immediatae distinctionem hanc receptam esse; mera conjectura est, cujus nullum vel probabile fundamentum adduci potest; quamvis plerosque vulgo ita existimare, non ignorem. (y) Alia est conjectura III. THOMASII (z) qui originem ejus ad non recte vel intellectam, vel applicatam mentem Doctorum, refert; qui territoria Ecclesiastica cum secularibus, vel potius Dioeceses Episcoporum cum territoriis secularium compararint, illas territoria non clausa, haec clausa appellando. Sed & hujus opinionis nullum idoneum argumentum afferri potest. Quod enim tantum secularia territoria inter ea, quae *clausa* audiunt, referantur, non est ex oppositione ad Dioeceses Ecclesiasticas, sed quod jam olim in illis omnia unius Superioritati subiecta fuerint, aut, juxta COCCII hypothesein, ex eorum situ, quod in parte mediata Germaniae constituta sint; quod in Electoribus Ecclesiasticis secus est. Sed circa originem distinctionis, quam incertam & obscuram esse fateor, quisque per me, quod libet, sentiat.

§. XXXVI.

*An generaliter
situs intra*

Luculenter, ut spero, evicis hactenus, situm terrarum in territoriis clausis praesumptionem

y) *vid. LEYSERVS c. Diss. d. Landsassii §. 23.*

z) *cit. Diss. §. 37.*

128

nem subjectionis & Landsassiatuſ inducere, quae ^{limites} usque eo valet, donec alter, qui se immidia- ^{territorii,} tum atque exemptum fert, intentionem suam li- ^{sive clau-} quido probaverit. Quid vero, si haud constet, ^{sum sit, si-} territorium esse clausum, h. e. ejus generis, ubi, ^{ve non} quicquid ambitu illius continetur, unquam uni- ^{clausum,} us potestati territoriali subsuit; annon ex eo ^{praesum-} solo, quod terra ejus limitibus inclusa & velut ^{tionem} circumsepta est, indicium aliquod oritur, cu- ^{Landsas-} jus in probatione Landsassiatuſ ratio haberi de- ^{siatuſ in-} beat? Communiter illi, qui Jus Publicum in- ^{ferat.?} terpretantur, hanc regulam commendant: *Quic-* ^{Regula} *quid est in territorio, praesumitur etiam de territo-* ^{vulgaris.} *rio esse; & generatim quidem, nulloque discrimine territoriorum servato, clausa illa, an non clausa sint, aut dicantur. Pro qua opinione* ^{Quam} *praeter caeteros, quos ipse magno numero al-* ^{tuerur} *legat, propugnat REINKINGIUS (aa) quem fe-* ^{REIN-} *re exscribere solent, qui post illum in hoc ar-* ^{KINGIUS.} *gumento versantur. Alii in contrarias plane partes discedunt, & regulam citatam omnino falsam atque inutilem esse contendunt. Pri-* ^{Impugnat} *mus, qui eandem ex instituto impugnasse vide-* ^{ZACH.} *tur,* ^{VIETOR.}

E 3

aa) d. Regim. Secul. & Eccles. L. i. cl. 5. c. i. n. 24. seqq.

tur, occurrit ZACHARIAS VIETOR, (bb) cui respondit quidem REINKINGIVS c. I. sed r^espon^sionem illam imaginariam vocat *Illustris*

THOMASIVS, qui VIETORIS sententiam novis, & maxime speciosis, rationibus atque argumentis, peculiari Differtatione (cc) confirmavit.

§. XXXVII.

Tentabo tamen, an ad ea, quae *Celeberrimus* Vir in medium affert, aliqua non absurde r^eponi queant. Vbi initio supponendum, per r^eponitur, quid in territorio esse, nihil aliud intelligi, quam intra illius ambitum consistere, seu finibus ac limitibus ejus circumscribi. Vnde ultro fatemur, ex sola vicinia, seu adjacentia bonorum, nullam praesumptionem subjectionis oriri, secus ac alii nullo probabili argumento contendunt. (dd) Sed si territorium bona undique ambiat, quod & tali casu nullum omnino indicium, nulla conjectura, subiectionis inde desumi possit, nondum adduci possum, ut credam. Sed videamus argum^enta,

bb) d. Caus. Exemt. Imp. Concl. 27.

cc) Diff. superius citata: de Inutilitate Brocardici vulgaris: Quae sunt in territorio &c.

dd) ZIEGLER. ad aur. prax. Catv. §. 26. REINKING. c. I. n. 33. seqq. seqq.

ta, quibus Vir *Illustris* pro contraria opinione militat.

§. XXXIIX.

Orbis, inquit, rotundus est, & quicumque partem continentem tenet, a maris litoribus remotas, circumdatur ab alienis territoriis, & tamen horum pars non est. Enimvero aliud, puto, est, a pluribus territoriis, aliud ab uno territorio cingi. Sic quoque negandum haud est, memoratam praesumptionem elidi, si constet, aut probari possit. territorium ambiens ex pluribus partibus, quae olim distinctae fuerunt, atque diversis Dominis subjectae, constare. Sed hoc facti est, adeoque sine probatione non admittendum. Exemplum urbis Ratisbonensis, quod subjicitur, id solum, quod lubentes concedimus, infert, fallere quandoque praesumptionem allatam, neque necessario atque perpetuo ex situ in territorio, subjectionem, & quod illius pars sit, consequi.

§. XXXIX.

Verum est, quod non sequatur, Paterfamilias in aedibus meis habitat, ergo habeo jurisdictionem & imperium in eum, aut ejus familiam, vel saltem habere praesumor; Sed consecutionis infirmitas inde dependet, quia nec in aedes meas jurisdictionem

THOMASII
argumentum primum.
Responsio.

Argumentum secundum.
Responsio.

nem vel imperium habeo. Quodsi enim supponamus, dominum aedium jurisdictione in illas gaudere, quales v. gr. Beschelianas Lipsiae esse constat, & vero quisquam in illis habitans se ab illius jurisdictione exemptum esse contendat, onus probandi utique in se devolvit. Par ratio Dominii est. Neque enim inepta argumentatio videtur esse: Si tum hoc est in media domo mea, vel inter ejus partes, ergo & ipsum ejus pars esse praesumitur, salva tamen semper probatione contraria, quæ exemptionem alleganti incumbit.

§. XL.

*Argumentum
terium.*

Responsio.

A dominio rerum ad Imperium vel jurisdictionem in personas non semper argumentum duci posse, fateor; Sed si quis imperium in reliquis terris obtineat, conjectura valde probabili utique colligitur, ad partes intermedias quoque, si praesertim ejus Dominio subjectas esse constet, idem illud pertinere.

§. XLI.

*Ufus regulae
suis demonstratur.*

Progreditur deinceps *Illustris Autor*, & regulam superius traditam, quod ea, quae sunt in territorio, praesumantur etiam esse de territorio, si uel maxime eam concedat, veram esse, usum in dirimendis controversiis, quae saepe occurrunt, de bonis

130

nis mediatis, vel immediatis, habere negat. Orta enim super Dominio vel superioritate lite, videntur, uter possideat. Sive enim is in possessione vel qs. sit, qui bonum mediatum esse contendit, non opus eum habere, ut ad dictum brocardicum confugiat, sive alter, qui illud immediatum esse asserit, & fortiolem longe praesumptionem ex possessione pro ipso militare, quam quæ ex illo canone oriatur. Atenimvero quot casus eveniunt, ubi vel neuter litigantium in possessione est, vel haec certe liquido probari nequit? Sed fac, in possessione certa atque indubia constitutum esse eum, qui se a superioritate territoriali exemptum atque immediatum esse, ait, alterum vero petitorio iudicio experiri; nondum sane expeditum est, an possessio hoc casu ab onere probandi relevare debeat. Perinde, ut in actione negatoria nondum ad liquidum perductum, utri, actori, an reo, onus probandi incumbat, si hic in qs. possessione servitutis constitutus sit. Saltem usus fori magis hic actori, quam reo, favet; de quo CARPZOVIVS (ee) RIVINVS (ff) & Ill. BERGERVS (gg) aliique plures

F testan-

e) L. 1. Resp. 67.

ff) RIVIN. ad O. P. S. t. 20. Enunc. 26.

gg) El. Disc. For. tit. 20. p. 642.

testantur. Neque haec in foro recepta sententia ab aequitate abhorret. Cum enim ad qs. possessionem servitutis acquirendam unicus actus sufficiat, consequeretur inde, propter simplicem ejusmodi actum admissum probandi onus statim in actorem transferri oportere; quod nimis durum foret. Nec aegre reus, qui in possessorio judicio victoriam obtinuit, feret, quod denuo probandi onus subire teneatur. Utraque enim probatio diversum plane objectum habet; altera qs. possessionem, altera ipsum jus servitutis constitutum. Quam sententiam ipsa quoque procedendi ratio in actione negatoria commendare intelligitur. Actor enim fundamentum suum in libertate naturali collocat, reoque servitutem competere negat. Quocirca reus in litis contestatione, actori contradicendo, non potest non sibi servitutem asserere, quam affirmativam, ceu intentionis ejus fundamentum, ab ipso probari, æquum fuerit. (bb)

§. XLII.

*Qui non
cessat,
quamvis
alter in
possessione
sit.*

Haec vero nullo negotio ad praesens institutum accommodari queunt. Quod si enim supponere velit *III. THOMASIVS*, veram esse, quam impugnatur,

bb) *Add. STRYCK. Us. Mod. ff. iii. si serv. vindic. §. 2. SWENDEND. summ. action. expos. c. 2. m. II. §. 6.*

gnat, regulam, jam sane non inutilis, sed maximae illa utilitatis foret. Actio enim, quam Dominus territorialis super Landsasiatu adversus alterum intentaret, esset haec ipsa actio negatoria, quae ad similitudinem servitutum ad alia jura applicatur. Negaret itaque Dominus, possessorem praedii in suo territorio siti a Superioritate sua exemptum & immediatum esse; hic reus possessionem exemptionis nequicquam praetenderet, ex consuetudine fori, & doctrina Pragmaticorum, in antecedenti §. adducta; sed in hoc petitorio judicio, ubi de ipsa exemptione, non ejus possessione, agitur, probandi onus eidem fuscipiendum esset. Qua ratione, nisi me omnia fallunt, fat palpabilis memoratae regulae usus emergit.

§. XLIII.

Succedit argumentum a praesumptione libertatis desumptum. Equidem verum est, quod bona quaelibet secundum statum suum naturalem libera praesumantur, donec contrarium probetur; Sed quaeritur, an ad probationem contrarii nullum omnino momentum afferat situs in territorio? Quod nondum demonstratum esse, ex haecenus allatis patet. Nempe, quantacunque etiam dicatur vis esse praesumptionis pro libertate, non tamen

Argumen-
tum
quartum.
Responsio.

ulterius se illa extendere potest, quam ut is, qui subjectionem allegat, eam probare teneatur; quod nemo in dubium, ut puto, vocat; In hac vero probanda cum alia argumenta valent, tum situs etiam haud negligendus. Ad quod evincendum non opus est, ut cum REINKINGIO (ii) ad Jus Civile, vel Canonicum, confugiamus, sed natura rei sufficere nobis debet; quae hoc argumentum suppeditat, quod idem illud imperium, eadem superioritas, quae terras undique circumjacentes complectitur, ad ea quoque, quae in medio constituta sunt, se porrigere praesumatur; saltem hactenus, ut in probanda Landsassii conditione haec ratio non omnino nihili facienda sit. Quod vero praesumptio pro libertate tanta sit, ut, non obstante situ, qualibet res ab alterius imperio libera censei debeat, haudquaquam largior, atque id ipsum est, de quo in praefens quaeritur.

§. XLIV.

Funda-
mentum
regulae in
Jure civili.

Sed convertamur etiam cum *Illustri Viro* ad Jus Civile, & videamus, an illud argumentum, a situ desumptum, omnino negligat. Primo affertur *L. l. §. 4. ff. de Offic. praef. Urb.* Ubi ex verbis Epistolae Divi Severi ad Fabium Cilonem, praefectum Urbi;

ii) c. l. n. 56. seq.

Urbi; *Cum urbem nostram fidei tue commiserimus*, colligitur, quod, quicquid intra urbem admittitur, ejus cognitio ad praefectum urbi pertineat. Argumenti vis manifesta est, quod, jurisdictione in totam urbem alicui commissa, nihil censeri debeat exceptum; nisi exemptio speciatim ostendiqueat. Unde ulterius non absurde argui posse quidam existimant, quod Princeps, qui superioritatem in aliquo territorio habet, eandem in omnes etiam terras, in illo sitas, exercere possit, quoad exemptio doceatur.

§. XLV.

Objicitur 1) quod hic non agatur de bonis in urbe sitis, ad imperium praefecti urbi pertinentibus, sed de criminibus intra urbem admissis. *Objectiones THOMASII, quae dissolvuntur.* At- qui ab uno ad alterum argumentum haud inepte duci posse videtur. Obj. 2.) Quod non agatur in genere de quibusvis territoriorum Dominis, sed in specie de praefecto urbi, qui non fuerit Dominus urbis Romæ. Quod quidem negari nequit, cum talis superioritas territorialis, quali hodie Principes gaudent, Romanis incognita fuerit; sed tamen a cognitione de criminibus ad superioritatem territorialem haud absurde argumentamur. Obj. 3.) Quod JCTus nihil concludat, aut inferat, ex mero

situ rei, sed ex voluntate speciali Imperatoris, per Epistolam declarata. Atqui cognitio de criminibus ab Imperatore expressis verbis praefecto data non fuerat; sed ex eo, quod urbs fidei ejus commissa erat, concludit Jctus, illam quoque concessam intelligi. Nec vero consequi puto, quod Ulpianus, si ex mero situ rei istam observationem deduxisset, non adjecturus fuerit verba, statim sequentia, *sed etsi quid intra centesimum milliarium &c.* Nam sicut in urbe, ita etiam intra centesimum milliare, eadem valet praesumptio, quod, in quocunque loco crimen admissum sit, de eo Praefectus urbi cognoscere valeat. Quod *L. 239. §. S. d. V. S.* attinet, fatendum est, nullum ex ea idoneum argumentum, quod causam praesentem juvet, desumi posse. Idem iudicium de textu in *L. 28. §. 4. C. d. Episc. & Cler.* ferendum, & optandum sane, ut desinerent tandem Dd. in disceptandis causis, praesertim publicis, LL. civiles, nullo iudicio & selectu habito, inaniter cumulare.

§. XLVI

*Funda-
mentum
regulae in
Jure Ca-
nonico.*

Fortius argumentum ex Jure Canonico repeti videtur posse, speciatimque huc facit *can. 10. caus. 16. q. 7.* Cujus verba haec sunt: *Omnes basilicae, quae per diversa loca constructae sunt, vel quotidie*

con-

133

construuntur, placuit secundum priorum Canonum regulam, ut in ejus Episcopi potestate consistant, in ejus territorio posita sunt. Hic utique argumentum a situ locorum ducitur, ut, quicquid in territorio Episcopi existit, ejus potestati subesse intelligatur. Equidem objicit *Illustris Vir*, quod hic agatur de potestate Episcopi, non de imperio omnium Principum; & quod saltem de superioritate territoriali intelligi haud possit; cum desumptus sit iste canon ex Concilio Aurelianensi primo, quod sub Hormisda Papa currente seculo sexto, habitum, quo tempore Episcopi nondum territorialia jura habuerint. Unde porro colligit, eum, qui ex illo canone deducere velit brocardicum vulgare, a baculo ad angulum argumentari. Atenimvero quæ ratio diversitatis, quæso, inter potestatem Episcopi, & superioritatem territorialem hoc in passu intercedit? Cur ab una ad alteram argumentari haud liceat? Si basilicæ, quæ in alicujus Episcopi territorio posita sunt, in ejusdem potestate consistere præsumuntur, cur non eadem ratione ea, quæ in Principis secularis territorio sita sunt, ejusdem territoriali potestati subesse censei debent? Non sane nullius momenti hoc argumentum erit, quamdiu ratio diversitatis ostendi nequit.

§ XLVII.

Obj.
THOMA-
SII.

§. XLVII.

*Usus lau-
datae re-
gulae in
bonis Ec-
clesiasticis
a THO-
MASIO ne-
gatur.*

Pergit *Illustris Vir*, atque putat, si vel maxi-
me concedatur, brocardicum vulgare in regula
verum esse, nullius tamen usus illud fore, ubi ser-
mo sit in specie de bonis Ecclesiasticis; in his om-
nibus enim canonem illum exceptionem pati.
Quo fine ad testimonia Doctorum, & ipsum jus
Canonicum, provocat. Quamvis enim ZIEGLE-
RVS ad LANCELOTTVM (*kk*) eam doctrinam
falsitatis arguat cum JCTis quibusdam Gallis aut
Protestantibus, non tamen confundendas esse
quaestiones diversas. Principiis Juris Canonici
haud dubie convenientem esse doctrinam, quod
bona Ecclesiastica non sint de territorio Principum
secularium, etsi sint in territorio; aliam ve-
ro quaestionem esse, an illa doctrina conveniat genuinis
principiis politicis, item an juris Canonici
dispositio sit conveniens Juri Justiniano, an sit recep-
ta in Gallia, an apud Protestantes; quod recte ne-
get ZIEGLERVS.

§. XLIX.

*Sed con-
tra cum
asseritur.*

At enim vero largiamur, licet, secundum Juris
Canonici principia regulam memoratam in bonis
Ecclesiasticis fallere, sufficit tamen, ad usum ejus demon-
mon-

kk) Inst. Jur. Canon. l. 2. t. 20. §. 14. p. 548.

monstrandum, Jus Canonicum, quod *Ille* haud negat, in hoc argumento rectae rationi & SS. Scripturae adversari; ac praeterea in multis locis, speciatim inter Protestantes, non esse receptum. Inter hos igitur brocardicum illud habebit usum; neque adeo, ut *Idem* vult, inutile prorsus erit.

§. XLIX.

Tum vero ad speciales controversias descendit, & nec ibi aliquem regulae usum esse, contendit. Distinguit nempe Status, de quorum medietate aut immedietate quaeri solet, in Seculares & Ecclesiasticos. Illos, ait, esse vel Civitates vel Nobiles, vel Comites, vel Principes. Ecclesiasticos esse vel Abbates in Monasteriis, vel Episcopos. Quod ad civitates, vel litem esse de alicujus Civitatis immedietate aut medietate inter civitatem & alium Statum, utrum illa sit municipalis, vel litem esse inter duos Status, ad quem civitas, quae municipalis est, pertineat. Primo casu situm civitatis, ad definiendam controversiam, nihil facere; partim quia obscurum sit, quid sit, esse in territorio, partim quia exempla dentur civitatum haud dubie Imperialium, quae in territorio Principis sitae sint, & forte non deesse exempla Ci-

vita-

G

vita-

vitatum Municipalium, quas territorium sui Principis non circumscribat.

§. L.

*Quae ex-
penduntur.*

At vero, quid sit, *esse in territorio*, superius §. 37. explicui; nempe, *intra fines territorii constitutum esse*: quae & vulgaris significatio est, & a Juris Publici Doctoribus communiter recepta. Nec vero sequitur: Dantur civitates Imperiales in Principum territoriis, ergo praesumptio qualitatis Municipalis ex situ cessat. Neque enim regula per hoc tollitur, quod admittat exceptiones; & praesumptionem, contraria probatione, elidi, constat: ut tamen in aliis casibus illa vim suam retineat. Sed nec illud ad rem aliquid facturum est, si reperiantur Civitates Municipales, quas territorium Principis sui haud ambiat. Non enim dicimus, nihil potestati Principis territoriali subjectum esse posse, nisi quod territorii finibus inclusum sit, sed quod situs in territorio praesumptionem qualitatis Landsassiacae, aut municipalis, inferat; quam exempla in utramque partem allata nequicquam destruunt. Nec opus est, ut hic numerum Civitatum ineamus, utrum plures Imperiales, an municipales, dentur. Quia regula hic non formatur ex numero, sed ex natura rei, secundum quam in territorio, ubi major aliqua potestas eminent, omnia
hujus

hujus Superioritati subjecta in dubio censentur. Quamvis nemo forte dubiter, plerasque Civitates Municipales Principum suorum territorii includi; pauciores vero & raras Imperiales esse, quae intra illorum fines consistant. Admittuntur ergo etiam aliae praesumptiones & probationes, modo illa, quae a situ desumitur, non prorsus insuper habeatur quam sola libertatis praesumptione non excludi, possessionem vero in petitorio Judicio parum, vel nihil, prodesse, superius ostendi. In secundo etiam casu, cum duo Status, cujus civitas municipalis sit, inter se litigant; *nullam vel certe exigui momenti praesumptionem ex ejus situ oriri, Idem contendit.* Ipsa, quibus utitur, verba non obscure indicant, Eundem hoc casu saltem aliqualem probandi vim communi brocardico tribuere. Caeterum, quod ad rem ipsam, hic casus a priori non differt; sed utroque non levis praesumptio ex Urbis situ resultat.

§. LI.

Circa Nobiles similiter duos casus distinguendos esse, *Ill. Autor* monet, & de secundo idem dicendum, quod de lite intuitu civitatum dictum. Ubi proinde & nos datam modo responsionem repetimus. In primo vero casu, si nobilis praetendat immediatatem ad-

G 2

versus

*usus regulae
quoad nobiles.*

versus Comitem vel Principem, equidem largitur, in dubio praesumendum contra nobilem, sed non propter situm, verum propter regulam, secundum quam nobiles praesumantur Landsassii, nisi immediatatem, tanquam exceptionem a regula, probaverint. Enimvero nos utrumque probationis genus conjungimus; praesertim cum non desint, qui existiment, in quibusdam Germaniae partibus, sigillatim Franconia & Svevia, contrariam praesumptionem valere, & Nobiles in dubio potius immediatos, quam Landsassios & mediatos, ibi censerī debere.

§. LII.

Item Comites.

De Comitibus, qui & ipsi vel mediati, vel immediati sunt, nihil addendum; Horum enim cum Civitatibus eandem hic rationem esse, conceditur. Ea igitur, quae circa Civitates monuimus, hoc loco repetenda veniunt.

Et Principes.

Quoad Principes, antiquos nempe, nec demum recens ad hanc dignitatem evedctos, largior, rariora eorum, qui mediati sint, exempla reperiri; Quodsi tamen lis aliqua incidat, neque hic circumstantiam situs omnino negligendam esse, crediderim.

§. LIII.

Rationes.

Progreditur deinceps ad Status Ecclesiasti-

136
 siasticos; ubi monet, circa Abbates & monasteria videri posse repetenda esse, quae de nobilibus dixerit, imprimis cum in Instrumento pacis monasteria diserte accenseantur bonis mediatis; sed caute hic procedendum, cum ex Jure Canonico constet, quod omnia bona Ecclesiastica dominio & imperio Principum secularium sint exempta, ac nunquam, omnium vero minime a laicis possint alienari. Item, quod personae omnes Ecclesiasticae, etiam minoris existimationis, a subjectione magistratus politici exemptae sint, & solum sub imperio Papae & Praelatorum Ecclesiasticorum esse debeant. Ut adeo ex regula & principiis Juris Canonici nullus Status Ecclesiasticus possit esse Landsasius Principum Laicorum; cum Landsasius sit indicium subjectionis. Ergo brocardicum vulgare, etsi alias haberet usum, plane non valere, quotiescunque controversia sit inter Principem secularem & Abbatem Monasterii; Neque obstare ea, quae ex Instrumento Pacis Caesareo-Svecici allata sint. Etsi enim ibi monasteria referantur inter bona mediata, tamen paulo ante etiam in bonorum immediatorum classe referri abbatias; praeterea, quando abbatiae & monasteria bonis ecclesiasticis mediatis accenseantur,

id non fieri intuitu Principum secularium, sed Episcoporum, sub quorum inspectione & jurisdictione regulariter sint Abbates & monasteria, nisi exemptionem probent. Sed nec horum intuitu ad brocardicum vulgare provocandum esse, si quaestio sit inter Episcopum & Abbatem de subjectione monasterii, sed potius Episcopum allegaturum originem & naturam monasteriorum eorumque primaeivam subjectionem Episcopali curae & inspectioni; si vero duo Episcopi inter se litigent, ad quem monasterium pertineat, per saepius demonstrata frustra adduci brocardicum vulgare. Nec verbis opus esse, cum ipsum Instrumentum pacis locutiones illas, esse in territorio, & de territorio, tanquam obscuras, & ad tales controversias decidendas ineptas, diserte rejiciat, in quaestione de statu & subjectione monasteriorum.

§. LIV.

Ad quas
responde-
tur.

Ad haec facile, puto, responderi posse ex iis, quae superius dicta sunt. Supponunt enim illa hypothese in Juris Canonici de exemptione personarum Ecclesiasticarum a Jurisdictione Principum secularium, quam non ubi, certe inter Protestantes receptam haud esse, *Illustri Vir* ipse fatetur. Saltem igitur apud hos quaecunquae terrae in Principum territorii sitae sunt, sive seculares sint, sive ecclesiasticae, sive rursus Episcoporum, sive Abbatiarum, aut alio titulo insignes, territoriali potestati subesse intelliguntur; quamdiu diversa conditio evidenter probari nequit. Sed nec illud perspicere possum, quod distinctio inter *esse in territorio*, & *de territorio*, ab Instrumento Pacis rejiciatur. Verborum enim, quae ex *art. V. §. 25.* excitantur, planus sensus est; Quod nempe possessio die 1. Jan. 1624. tantum spectari, nec attendi debeat

debeat, utrum bona *de, vel in*, territorio Principis sint. Quod vero nec alibi extra eum, de quo Instrumentum agit, casum distinctio illa usurpari, sed tanquam inepta proscribi debeat, nequaquam c. l. dicitur.

§. LV.

Satis, opinior, hactenus demonstratum est, regu- *Monitum*
lam vulgarem: *Quod ea, quae sunt in territorio, praesu-* circa pro-
mantur etiam de territorio esse, utilitate sua non destitui, bationem
sed in gravissimis saepe causis habere usum. Saltem id, *ex situ.*
puto, luculenter evictum esse, hoc probandi genus non
prorsus insuper haberi, & tanquam ineptum rejici de-
bere; sed posse inter alia probationum momenta & hoc
suum tueri locum. Nullus enim dubito, in quovis ca-
su, ubi talis controversia de Landsasiatu occurrit, plura
argumenta ex Principum Archivis & historia, atque re-
rum gestarum monumentis, suppeditari posse, quibus
probatio ex situ validior reddi, & confirmari queat.

§. LVII.

Haec vero Landsasiatu probatio *ex situ*, praesertim *Prae-*
in clausis territoriis, per hoc non eliditur, quod possessor *sumio*
forte bona sua ab alio, extra territorium constituto, in *Landsas-*
feudum recognoscat. Nihil enim impedit, quo minus *siatus ex*
quis earundem terrarum intuitu unius subditus, & alte- *situ bono-*
rius vasallus sit. Et jura domini directi tali casu in dubio *rum non*
ita semper intelligi atque restringi debent, ut superiori- *cessat, licet*
tati territoriali nihil quicquam detrahant. Quocirca vel *ab alio in*
ex solo situ in territorio, imprimis clauso, regula adver- *feudum*
sus quemcunque possessorem, utut alterius vasallus sit, *recogno-*
quod simpliciter & per omnia Domino territorii subiectus *scantur.*
sit, militat; Limitationem, quoad haec vel illa jura, necesse
est, ipse ostendat, producendo pacta & conventiones a

Domi-

Domino territorii, vel cum ipso, vel cum ejus domino directo, initas; Quatenus hae non obstant, intentio domini territorialis adversus alterum, ceu subditum, per omnia plene fundata esse intelligitur; ut ulteriori probatione opus haud sit. Sed & literae investiturae, quas talis possessor ab alieno Domino directo accepit, nihil eidem ad jura, quae superioritati territoriali detrahunt, asserenda prodesse queunt. Constat enim, quod tales investiturarum literae nonnisi de contractu inter dominum directum, atque vasallum testentur; quale negotium tertio, qui non consensit, nullo modo praejudicare potest. Et tratatitium est, imo ipsius rectae rationis & aequitatis naturalis dictatum: *Rem inter alios aetiam alteri haud nocere.* Nec vero absurdum est, si apertura feudi contingat, Dominum directum, ad quem illud devolvitur, dignitate licet domino territoriali parem, hujus, quoad bona feudalia, in ejus territorio sita, subditum fieri, cui, si talis esse dedignetur, liberum est, talium bonorum possessionem dimittere, eoque subjecti conditionem, si ita videatur, effugere.

§. LVII.

Conclusio. Plura addere, ab instituto & proposito argumento alienum fuerit. Id enim solum mihi constitutum erat, rationem *probandi Landsassatus ex Situ terrarum* asserere, ejusdemque genuinum usum contra aliorum objectiones & dubia vindicare. A specialibus controversiis consulto, ut par erat, abstinui, ad quas tamen ea, quae allata sunt, facili negotio transferre licebit.

F I N I S.





ULB Halle
001 507 192 3



TA-506







Pub. 5. num. 37. ~~Pa. 9. 25~~ 19
15
1717 34a 19

DISSERTATIO JURIDICA INAVGVRALIS
DE
PROBATIONE
LANDSASSIATVS
EX
SITV TERRARVM
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. FRIDERICO AVGVSTO
PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI
HEREDE, ETC.
PRAESIDE
JO. BALTHAS. VVERNHERO, D.
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
ET ELECT. SAX. A CONSILIIIS AVLAE
ATQVE IVSTITIAE COD. PROF. PVBL.
IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI
D. XVIII. NOVEMBR. M DCC XVII.
KÖNIGLICH UNIVERSITÄT ZWHALLE
IN AVDITORIO MAJORI
H. L. Q. C.
PRO CONSEQVENDIS
SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS
PVBLICO EXAMINI SVBMITTET
CHRISTIAN. LVDOV. SCHILLING
DRESDENSIS.
VVITTEBERGAE, STANNO GERDESIANO.

